



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

46. Fer. 5. Incuria inoperando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

76 Feria 5. Dom. 5. Epiph.

& à seipsis conversionem incipient. Militi
fessi non vincent. Mater non comedendo
non alet liberos. Pauperes & inopes nondi-
tabunt alios.

MEDITATIO XLVI

Feria 5. Dom. 5. Epiph.

Incuria in operando.

Videbo alium scopulum proficientium
negligentiam. Petam eam intelligens
& evitare.

Conf. 1. Quomodo tententur interdum
proficienes negligentiam in operando, mu-
niaque sua sive spiritualia, sive temporalia
cum tristitia, & nausea obeundo. Est autem
negligentia alia summa, & supina, quæ est
nullam vel modicam diligentiam adhiben-
tis, & ejus, qui supinus in lecto jacens ad re-
non attendit, similis: alia gravis, & culpa-
bilis, qualis est non adhibentis sufficientem
diligentiam, juxta exigentiam negotij: alia le-
vis, & venialis. Deficit à diligentia imperti-
tions, importunus, inordinatus, excessivus:

Conf. 2. Diligentiam aliam esse summam
& exactissimam, quæ adhiberi potest, possibi-
lisque, & qualem accuratissimi in suis rebus
usurpare solent: alia mediocris, quæ commu-
niter adhibetur à prudentibus juxta exigen-
tiam negotij, & circumstantias, quā adhibita

Militie
edendo
nondi
Si quid postea præter intentionem accidat, so-
let censeri invincibiliter ignoratum, & incul-
pabile: alia modica, & levis, obiter & superfi-
cialiter ad negotium attendens.

Conf. 3. Quibus argumentis me excitare
debeam ad negligentiam abijciendam, & di-
ligentiam amplectendam: videlicet excitan-
do me consideratione, cui serviam. *Male-*
dictus qui facit opus Dei fraudulenter. Iere: 43.
& per aliquot dies unum ex bonis operibus
emendabo, v. g. meditationem, orationem,
postea examen, &c. donec ordinaria diei o-
pera juxta lumen & gratiam à DEO conces-
sam agere didicero: ne illud audiā. Matt. 25.
Inutilem servum eis cite in tenebras exteriores.

MEDITATIO XLVII.

Feria 6. Dom. 5. Epiph.

Adhæsio ad loca, & ministeria, & ap-
petitus honoris.

Aspiciam reliquos proficientium scopu-
los, circa quos naufragantur incauti. Pe-
cam eos agnoscere, & evitare.

Conf. 1. Quomodo nonnulli minimè fe-
rant se ab eo, quod amant, instantे Prælati
obedientiâ, vel necessitate divelli, quem
affectionem solet Diabolus prætextu utilitatis
majoris occulere. His 1. Sciendum est, quod
ipsorum opera Deus non egeat. Mortuus est